UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scopvs Biblicvs Veteris Et Novi Testamenti

Novicampianus, Albertus

Antverpiae, 1566

Haec quomodo Inter Se Cohaereant, sic accipe.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30443

Visual Library

Hæc quomodo INTER SE COHÆreant, ſic accipe.

Deus. *DEus, vnus in eſſentia, trinus in perſonis, qui in ſemetipſo beatiſſimè*
Creatio.
Pſal.32. *ab æterno manſit, procurſu tem-*
Prouer.16. *poris, verbo ex nihilò, vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt, vt Salomon ait, nō quòd ijs indigeret, ſed ad oſtendendā gloriam*
Ephe.2. *ſuā, abundātesq́ diuitias gratiæ ſuæ in bonitate rationali creatu-*
Gene.17. *ræ. Ea re igitur hominē ad ima-*
268.16. *ginē & ſimilitudinē ſui creauit, hoc eſt, naturā compotem rationis & cogitationis ei impertiuit,*
Eccle.17. *vt eſſet qui opera eius intelligeret, qui illius immenſam poteſta-*

tem,

tem, ſapientiã, bonitatẽ admira-
tetur, prædicaret, vtq́; cũ cæteræ
animantes vẽtri pabuloq́; ſerui-
rẽt: ille in diuina Maieſtate ſu-
ſpiciẽda ac prædicanda, omnẽ o-
perã, mentẽ deniq; omnẽ colloca-
ret, Deumq́; piè colendo, & aſſi-
duè contẽplando, ſummũ bonum
conſequeretur. Primum autem
hominẽ Deus ita condiderat, vt
perfunctum obedientiæ munere,
ſine interuentu mortis, angelica
immortalitas, & beata æterni-
tas ſequeretur. At ille non con-
ſiderans ſibi tantũ honorẽ à Deo
exhiberi, præcepto diuino non o-
bediens, fructũ, quo illi in para- Gene. 3.
diſo conſtituto, Deus interdi-
xerat, ex arbore decerptum, co- Peccatum.
medit, atque ea ratione, tranſ-

 greſſo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

greſſo præcepto diuino, primus
66.9. hominum peccauit, peccatumque
inobedientia ſua, ex inuidia dia-
Sapien.2. boli, qui illum ſeduxerat profe-
cta, in mundum inuexit tale,
Rom.5. tantumque, vt omnes qui ab eo
ſecundum carnem gignerentur,
105.6. ſubijcerentur peccato, morti,
damnationique æternæ, reda-
MORS. Ephe.2. cti ſub iugum, & tyrannidem
diaboli. Porro Deus, qui diues
179.22. eſt in miſericordia, propter ni-
miam charitatem ſuam, qua
219.24. dilexit nos, filium ſuum ſerua-
Chriſtus promiſſus. torem ſe miſſurum pollicitus
Gen.3.12. 26.28.35. eſt ipſi Adamo, Abrahamo,
Iſaaco, & reliquis qui à pecca-
to, & à tyrannide diaboli libe-
raret eos, qui viua fide huic pro-
miſsioni fiderent, liberationem
hanc

hanc ab ipſo, & per ipſum ſperantes. Interim verò dum expectabatur promiſſus Chriſtus (quoniam apud omnes ferè homines, lex naturæ ita erat obſcurata, vt etiam manifeſta ſcelera, perinde ac ſi ſcelera non eſſent, diſsimularentur) data fuit lex à Deo, quæ oſtenderet peccatum, & terreret, conturbaretque conſcientiam, non vt per incuſſos hominibus timores perimat: ſed vt humanas animas, quaſi de innocentia ſecuras, ipſa demonſtratione, peccati reas faciat: quò tandem illæ intelligentes peccatum ſine gratia vinci non poſſe, reatus ſollicitudine, ad percipiendam gratiam promiſsi mediatoris conuerte-

LEX. Ro. 3. 5. 7. 143. 26.

Galat. 3.

uerteretur: vtq́ue lege quaſi pæda
gogo, à ſceleribus coërceretur: il-
liſq́ue lex eſſet norma rectè viuen
di. Qui quidē mediator, conſtitu-
to apud ſe tēpore venire volue-
rat, quo abūdabat omnis iniqui-
tas, cū diabolus omnē menſuram
malitiæ à Chriſto delēdæ imple-
Aduentus *uerat. Vbi autē aduenit plenitu*
Chriſti. *do illa tēporis, natus eſt ille Chri*
112.7.
Iſa.33. *ſtus Ieſus, & ante legē, & tem-*
pore legis multis Patribus pro-
miſſus & prædictus, pœnaſq́ue pec
Ioan.1. *cato hominis debitas ceu verus*
1.Ioan.2.
Heb.9.10. *agnus, vera hoſtia in cruce per-*
ſoluit (id quod futurū hoſtijs illis
in veteri lege à Deo præſcriptis
adumbratū erat) eoq́ue modo homi
Ephe.2. *nes natura filios iræ exiſtentes,*
Heb.1. *Deo patri recōciliauit, et à tyrā-*
nide

nide diaboli, cui propter peccatū
erāt ſubiecti, liberauit, vt ſine ti
more de manu inimicorū ſuorū
liberati, illi ſeruirēt in ſanctita-
te & iuſtitia corā ipſo omnibus
diebus ſuis, Zacharia parēte præ Luc. 1.
curſoris Domini, Spirituſancto
repleto ita vaticinante. Vt quod Iuſtificatio
iuſtitia illa prima amiſſa aſſequi
nō poterāt, nūc adipiſcātur, iuſtifi
cati, velut Apoſtolus ait: Gratis Rom. 3.
per gratiā Dei, per redēptionem
quæ eſt in Chriſto Ieſu, quē propo
ſuit Deus meditatorē per fidē in
ſanguine ipſius. Quæ quidē fides Fides. 73.16.
in Chriſto valet, quæ per charita Galat. 5.
tē operatur. Huc autem fide ſu- 2. Cor. 5.
ſcepta, dat Deus ſpiritum ſuum
ſanctum, quo ſignat omnes cre-
dentes, qui eſt pignus & arra-

Ephe.1. Rom.8. bo, nos certò vitam æternam
poſſeſſuros, teſtimoniumq́ue red-
dit ſpiritui noſtro, quòd ſumus
Roma.5. filij Dei, ſimulq́ue diffundit cha-
ritatem in viſcera noſtra, quæ
SPES. Ioan.13. Chriſtianorum eſt quoddam pe-
Heb.9. culiare inſigne, & ſpem, quam
vt Paulus ait, ſicut ancoram
habemus animæ tutam ac fir-
mam, & incedentem vſque ad
interiora velaminis, vbi præ-
curſor pro nobis introiuit Ie-
ſus, ſecundum ordinem Melchi-
ſedech pontifex factus in æter-
Iudicium. Act.1.2. num. Hic autem Chriſtus Ie-
ſus, qui à mortuis tertio die re-
ſurgens, per quadragintaque
dies apparens ſuis, & loquens
illis de regno Dei, in conſpectu
diſcipulorum in cœlum aſcendit,
ſpiri-

ſpiritumque ſanctum illis pro-
miſſum miſit: poſt interfectum 2.Theſſ.2.
ſpiritu oris ſui hominem peccati,
quando mortui reſurgent, ſede-
bit in maieſtate ſua omnes iu-
dicaturus, & redditurus vni- 80.12.
cuique propria corporis prout 2.Cor.5.
geßit, ſiue bonum, ſiue malum,
dicturusque his qui à dextris
erunt: Venite benedicti patris Vita æter-
mei, poßidete paratum vobis na.
regnum à conſtitutione mun- 11.10.
di. Iis autem qui à ſiniſtris: Di- Matth.25.
ſcedite à me omnes maledicti
in ignem æternum, qui para-
tus eſt Diabolo, et angelis
eius. Tunc finis erit, 1.Cor.5.
regnumque Deo
patri tra-
det.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN